

INSTITV TIO
LINGVÆ SYRÆ,

Ex optimis quibusque apud Syros scriptoribus,
in primis ANDREA M ASIO, collecta

A

CASPARO WASERO Tigurino.



LUGDVNI BATAVORVM,
EX OFFICINA PLANTINIANA,
Apud Franciscum Raphelengium.

clo. lo. xciv.

Nobiliss. experientissimoq; iuueni,
IOH. PETRO HEINZELLO,
A D E G E R N S T E I N,
Discipulo quondam suo,
dedicat
C A S P A R W A S E R V S.

INSTITUTIONEM hanc meam, quam ex Syris scriptoribus omni cum studio collectam nunc profero, tibi, mi chariss. HEINZELLI, inscripsi. Partim gratitudinis meae testandæ causâ; qui totum istud septennium, ex quo primum in disciplinam mihi traditus, necum vixisti, tam liberaliter me suscepisti, fousisti, ac ornasti: partim vero, ut in hoc tam præclaro tuo studio, quo in hac ætatis tuae *ad Dacum*, & peregrinas linguas addiscis, & Historicæ cognitioni & Politicæ doctrinæ reliquisque optimis artibus ac virtutibus incumbis, te confirmare, & currenti, quod aiunt, calcar adderem.

Macte igitur tu isto proposito! eo que magis, quod Naturæ etiam dotes & Fortunæ non exiguae, ille omnis Boni author Deus suppeditauit. Nam Naturæ si spectes, præterquam quod stitpe verè nobilis es; insuper eas animi dotes diuina tibi cōtulit Clementia, quas quite norunt, pro ætatis ratione semper sunt admirati. Hæ igitur quoq. ad benè & laudabiliter agendum te hortentur: hocque magis, quod vberiores sunt, quod generosiores: idque domi & foris, ad tuam Tuorumque salutem, ad gloriam Germaniæ nostræ:

imò Christiani huius orbis vniuersitatem omenrum: scilicet in hoc debes Naturam ducem sequi, teste Cicero, & illius dotes in medium adserre: sine quo & tibi solum natus sis, & partem nullam patria, nullam amici, nullam parentes vendicent. Quod si Fortunæ: Opes tibi adsunt; eorum quæ Natura largiter suppeditauit, præsidia, ut Horatiano illo non excusēris —— quod virtutibus obstat

Res angusta domi, &c.

Sed quibus ut sapientiae aluminus, ire possis vñâ quidem viâ, at vario gradu, & priscæ ac ingenuæ doctrinæ operam nauare etiam exteris in regionibus, quod paucis cōceditur. Tu verò integrum istud septennium animosè & feliciter de consilio tuorum & potuisti & voluisti: quando in eum vñâ Sabaudiam videre, Helvetiam ac Germaniam inhabere, & istheic, ad humanitatem imbui ac virtutem non cōtentus, Hollandiam adnavigasti, Zelandiam, Angliam: in quibus spectatorem egisti eoruin, quæ in Anglica & Belgica illâ Politia, ab homine cordato, in publicis institutis obseruari debent ac possunt. Ut omittam, quod cultissimis illis Insulis visis, & in eis magno primùm illo Archistratego M A V R I T I O , Nassauio Comite: & deinde E L I Z A B E T H A illâ Maris dominâ, in Scotiam usque profectus, hunc famâ inclytum & scriptis Scotorum Regem, I A C O B U M V I . vidisti & allocutus es. Quos tergemina seculi nostri numina: Martem, Palladem, Apollinem, meritissimò quis dixerit. Ex Scotia denique in viciniam Hiberniam adpellens, tam variorum hominum mores, tot animalium varias naturas, & multa alia grandia, quæ magnanimo avtori se se offerunt spectacula, cognouisti: ac denique per reliquas Belgicæ prouincias in Germa-

niam reuersus, Italiati adiusti, illam frugibus, viris, oppidis
cultam: Vnde per Rhetiam regressus, saluus ad Tuos tan-
dem, Deo Duce & Colite, redisti. Magna hæc res & laus,
apud animos non minutos: qui diuinâ gratiâ id consecu-
tus es, quod pauci, in his præsentim temporum turbis, ac
belli furiis, è quibus omnibus evasisti. Hæc & similia vi-
dere, tentare, perficere istis præsidii Naturæ & Fortunæ
quod potuisti: vt tibi ad longè maiora incitamento sint,
quamuis scio tua sponte fore, & ad ea sine intermissione
coram te sum hortatus: tamen vel istac meæ opellæ dedi-
catione volui authori tibi esse: ac simul magnæ gratitudinis
exiguum vt apud te pignus exstaret. Hoc te benignè susci-
pere ne dedigneris rogo, optoque vt ad gloriam aliquam
inclytæ gentis vestræ faciat. Id cuiusmodicunque verò sit:
iumentum tamen nostram, quæ hocce studio tenetur,
non parùm adiutum coiri spero: imò confido. VALE, mi-
nobilis. HEINZELLI. Deus Creator noster (qui &
nostra tutela exstitit in tam diffici & diurno itinere,
dùm nos ex tot ac tantis periculis, inque primis in mediâ
Belgicâ inter tam varios hostes & insidiatores terrâ mariq.
eripuit, ac quod caput est, ex Babyloniâ illâ, Romano-Ita-
licâ, saluos etiam animis deduxit ac reduxit:) tibi magis
ac magis benedicat, ad honorem nominis sui, & Heroicæ
familia tuæ præsidium, atque ornatum. Tiguri VII.
Septemb. 1593. Qui dies idem ante annos LX. Anglo-
rum incomparabili Reginæ: & annos ante XL. fratri tuo
germano maximo, Io. Henrico, Eleouiae DN. natalis fuit.

Tuus omni officio, & studio

GASPAR WASEVVS.

AD LECTOREM.



MICISSIME LECTOR: Cùm hor-
 tatu præstantissimi viri Francisci Raphelengij,
 aliquid operæ etiam linguae Syra tribuerem: idq.
 ad communem studiosorum eius usum iuris pu-
 blici facere in animo haberem: valde operæ pre-
 tium mihi usum ANDR. MASI potis-
 sum vestigiis insistere, & ea persequi. Nam cùm ad conscri-
 bendum ille artis suæ præcepta Syris ipsis, iisque litteratis & in-
 ter hos MOSE MARDENO, præceptoribus sit usus:
 fieri non potuit, quin & rectius eius proprietates sit assecutus, &
 proprius ad illud, quod hodie in usu est, idioma, quo illa N. Te-
 stamenti ad exemplar Mozallanum editio conscripta extat, acce-
 rit: quo modo comparatam esse volui & oportuit isthanc opellam:
 quam insuper characteribus Syris indui, & ad Logicæ potissimum
 habitum accommodavi partim lucis partim memoriae causa; et si fa-
 teor maiorem me memorie, quam lucis rationem habuisse ob breui-
 tatem. Quæ enim ad pleniorum pertinent lucem, ea vberiora sunt,
 & vel ab Hebrais, vel à Chaldais petuntur: quibus cum magna
 huic nostræ affinitas est, imò cognatio. Hoc modo affinia sunt cùm
 alia multa, tum litterarum & syllabarum quarundam seruilia
 officia, eiisque vel cum Chaldais & Hebrais simul; vel cum Chal-
 dais tantum. Cum virisq. quidē litteræ Olaph, Beth, He, Vau,
 Coph, Lomad, Mim, Nun, & Tau. Ex quibus Olaph,
 Coph, Lomad, Mim & Nun omnibus sui Affinium muneri-
 bus funguntur, præter ea quæ peculiaria illis sunt: quòd nempe,
 1. Olaph ad clariorem pronunciationem in media dictione sàpè
 exundat.

2. Coph, cùm secundæ masculina est nota, vocalem O ad-

mittit ante se: cùm fœmininæ; tum additum habet Iud.

3 Lomad, cùm Gerundi verbum format, adiunctum habet Mim propter Infinitum: neque solum tertij, sed & quarti casus est nota. Non ille Chaldaeorum articulus 1. quo Syri nunquam utuntur.

4 Mim, cùm Præpositionis est nota, raro adhæret, sed cum suo comite Nun seorsim ponitur; & insuper in omnibus coniugationibus format Infinitum.

5 Nun, sèpè adscriptum expressumque non pronunciatur, in mediis verbis: quod contrà Hebræi abiucunt, et per dagges compensant.

Et hæc omnibus sui Affiniū muneribus funguntur. Quæ duntaxat nonnullis funguntur, sunt Beth, He, Vau, & Iud. Nam

1 Beth, non ad Gerundi verbum usurpatum.

2 He, non ad emphasis in principio.

3 Vau, non ad enallagen temporum.

4 Iud, deniq. non ad tertias personas Futuri, sed eius loco Nun.

Ex quibus tria posteriora insuper hoc peculiare habent, quòd He tertia singularis masculinæ est nota.

Vau paragones ad Infinitum, & constituti interdum Nominis.

Iud vero secundæ singularis fœmininæ tam præteriorum, quam participiorum, coniunctum videlicet cum Tau. Nam sine Tau est secundæ fœmininæ in utroque numero nota.

Porrò cum Chaldaeis tantum commune est Syris Dolath, quod iisdem apud utrosque modis seruit: Hoc duntaxat peculiare habens:

1 Quòd sèpè quasi superuacaneum verbis præponitur, quam vim & Græcorum in videtur habere, ut tamen ociosum prorsus nō sit, sed ferè hominū certorum facta aut verba narrari ostendat.

2 Quodlibenter vocalem A. admittit, si verbi cui præponitur littera prima nullâ insignita vocali erit.

3 Quod saepe etiam ad se rapiit vocalem, quam alioqui habebat
ea littera, cui præponitur, præsertim si hæc sit aut Olaphi, aut Iud.
Cæteroqui exiliter pronunciatur, aut raptim, perinde ac si Hebræo-
rum Scheua ei esset subscriptum.

Et huiusmodi est cognatio literarum: eadem est in syllabis quæ
partim verba ut **L**, partim nomina, ut **A** **O** **I** **L**, partim
pronomina constituant, de quibus suo loco dicetur. Hæc quantam
cum Hebreis & Chaldeis cognationem habeant, vel facile Tyro
aliquis cognoscet, si diligentem huius linguae operam nauabit, & vel
primoribus labris Hebræorum attigit & Chaldaeorum rudimenta.
Itaque ut breuitatem meam ne mireris, amicissime Lector, nolui non
isthac te monere præfatiuncula. Vale, & quicquid est à me pro-
fectum, boni consule.

Ad Lectorem Epigramma
G A B R I E L I S G E R B E R I

Nil opus externis conquirere finibus artes:
En Syria in mediâ nascitur Heluetiâ.

Aliud,

R A P H A E L I S E G L I N I.

Quod Syrie nobis praxim præceptaq; lingue
W A S E R V S mediâ tradit in Heluetiâ;
Haud fieri temere, Lector, frustrâve putandum est:
Huius in Helueticis finibus usus erit.



INSTITVTIO LINGVÆ SYRÆ.

CAPVT I.

*De Litteris: earum videlicet Figura,
Nōmine & Potestate.*

LINGVA SYRA, quæ & *Antiochena* seu *Co-*
magenæ & *Maronitica* dicitur à locis, vbi
ea creberimi inter incolas est usus, ut rectè & lau-
dabiliter discatur, duæ potissimum præceptiones
obseruentur necesse est.

I. Una de **SCRIPTVRA**.

II. Altera de **PARTIBVS ORATIONIS**.

Prima illa de SCRIPTVRA præcipit de ratio-
ne recta legendi ac pronuntiandi hanc linguam,
Veteribus Orthographia dicta: cuiusmodi ratio
constat Litteris, Punctis..




Litteras appello Figuras certis lineis constan-
tes, quibus prima Elementa vocum notantur:

A.

Suntque

Suntque Syrorum 22. & omnes consonantes, quorum in tabula subiecta ob oculos ponuntur

III. Potestas. II. Nomen. I. Figura, eaque

			Maius- cula.	Expedi- tior.
A	Olaph		ا	ا
B	Beth		ب	ب
G	Gomal		ج	ج
D	Dolath		د	د
H	He		ه	ه
V	Vau		و	و
Z	Zai		ز	ز
HH	Hheth		هـ	هـ
T	Teth		ت	ت
J	Jud		ث	ث
K	Coph		ك	ك
L	Lomad		ل	ل
M	Mim		م	م
N	Nun		ن	ن
S	Semchat		س	س

Finale extenditur in longum. Alioqui incurvum est.

Nunc dividetur, nunc prope consociatur prout aptior est ratio concludendi.

Finale cognitum inferius deicit, non pretendit ad sequentia.

Finale extenditur in longum. Alioqui ut Coph incurvorum sit.

A	Ac	אָ	אָ	אָ
P	Pe	פֵּ	פֵּ	פֵּ
Z	Zode	זֹדֶ	זֹדֶ	זֹדֶ
Q	Quoph	קֻופְּ	קֻופְּ	קֻופְּ
R	Risch	רִישְׁ	רִישְׁ	רִישְׁ
Sc	Schin	שִׁיןְ	שִׁיןְ	שִׁיןְ
T	Tau	תָּוְ	תָּוְ	תָּוְ

CAP. II.

Quid sint Puncta, quoë eorum functiones.

At PVNC TA communiter & largè definio non solum ea, quæ propriè sic nominantur, unicaque efficiuntur punctione, sed etiam lineolas quasdam tum rectas, tum curuas, quæ litteris varie adscribi solent vel suprà vel subter, vel denique ad latus.

Et in his quidem hæc tria solemnia ferè considero:

1. *Aliquid de potestate sive sono littera notare.*
2. *Sonos vocales constituere.*
3. *Distinguere voces ambiguas: partim circarationem signi-*

nem significandi, & eas pronunciandi: partim circa adsignificationes Verborum & Nominum.

1. **PVNCTA** quæ aliquid de potestate siue sono litteræ notant, sunt tria, ex quibus duo priora, quæ propriè sic dico, diuerso etiam à ceteris punctis colore distinguunt Calligraphi, ut nullo errore agnoscantur. Hæc sunt:

1. **KVSOI.**

2. **RVCHOCH.**

3. **Virgula OCCVLTANS.**

1. **KVSOI** est punctum litteræ, quam afficit vertici incumbens; eam (est autem una ex sex litteris **L** **S** **C** **D** **?** **—**) partim duriore pronuntiatione deprimendam, ne aspiretur, partim geminandam esse significans.. Syris à priore illo munere sic dictum, hoc est, *Durities*: quo modo Hebræorum Dages Leni, & à posteriore quidem, etiam Forti respondet. Exemplum, in quo deprimit, vide Psalm. 25, 7. de quo postea. In quo geminat est tale **—** **—** **—** **—** **Mergentes.** Geminatur autem Beth propter Kusoi. Quæ geminatio fit partim ad genus coniugationis cognoscendum, atque ita rationem significandi. Sic verbum istud ad Pahel

pertinere

pertinere intellegitur, & actionem significare: partim verò ad representandum litteram amissam. Sic geminatio per Kusoi litteræ Tau futuri **לְ** Da-bo, repræsentat Nun deperditum Radicis **לָ**: partim denique ad notationem polysemorum, vel etiam, quia usu quodā eius una littera sic duplicatur.

2. R U C H O C H est punctum litteræ, quam afficit, subscriptū, significans sex easdem litteras pronunciando adspirandas esse. Syris propterea sic dictum **מַחְאָתָה**; hoc est, *Mollitudo*. Vnde Hebræorum Raphe responderet.

Observandum tamen puncta illa non perpetuò litteris, quibus deberent, adponi, ut sanè adponi raro solent, nisi si qua ambiguitas est explicanda: Verùm Hebræorū præceptis, quæ de ratione suis locis scribendi Dages & Raphe, quibus illa Syrorum respondent, item de sex illis litteris aut durer, aut molliter efferendis tradita sunt, imbutus, facile hæc quoque intellegeget. *Etenim*, cùm litteræ illæ sex à nullius præmissæ vocalis afflantur spiritu: tūm exiliter exeunt per Kusoi; & Beth vt b, Gomal vt g, Dolath vt d, Coph vt c, Pe vt p, Tau denique vt t, pronunciantur: quod fit, quando ipsæ in alicuius Syllabæ initio sunt positæ, quam non

antecessit proximè alia syllaba, quæ vocali terminabatur; sic ut quasi vno spiritu à præmissa vocali ad insequentem harum viam quampiam accedit Lector.

Sin autem ore, quod iam antè vocalis cuiuspiam spiritu est plenum, proferendæ sunt; tūm ipsæ quoque spiritu illo afflantur, atq. ut loquuntur Grammatici, aspirantur per Ruchoch; & Beth propè ut Græcorum b, Gomal ut gh, Dolath ut dh, Coph ut χ, Pe ut φ, Tau ut θ eorum sonant.

Exempla vbiue obuia: in primis autem illustrè est τ, ;, ॥ ὁ Non recordaberis Psal. 25,7. ubi prius Tau est aspiratum propter præcedentem vocalem, qua terminabatur vox ὁ. Et alterum propter præcedentem in eadem syllaba vocalem, siue quia ipsum est syllabæ littera ultima. Porrò Dolath habet Kusoi duriterque effertur, quia insuæ syllabæ initio est positum, quam alia præcessit syllaba, quæ non vocali, sed consonante terminabatur. Rursus & Coph subiectum sibi habet Ruchoch, quia afflatur à vocali, quæ litteræ Dolath adscripta proximè ante ipsum Coph audiatur.

Idem iudicium esto de reliquis.

3. VIRGULA OCCULTANS est punctum impropriè sic dictum, constans linea litteræ per transuersum subiacente, vocem in pronunciando occultandam esse admonens.

Sic Virgula in verbo *Recordandi* ?OL quæ in emundatis libris perpetuò sub Ae habetur, ita suauiter, aut exiliter potius, pronuntiando vocem primam occultandam esse docet, vt vix audiri queat.

Idem fit in nominibus inde ortis: in primis per uulgato illo Η?σιος *Memoria*: Nec non in aliis quibusuis, & etiam Pronominibus; præsertim primæ personæ proprio Λι Ego. quod proximiè post Participium, cum quo ferè Præsentis verbum repræsentat, ob Virgulam illam semper dimidiatum legitur, vt non nisi posterior audiatur syllaba. Igitur quod Syri scribunt Λι! Ι; Legens ego, hoc est, *Lego*, ita pronunciant, vt Koreno subaudias. Et huiusmodi exempla multa sunt: in quibus tamen non omnibus nisi in accuratissimè scriptis libris Virgula subducitur. sed quam nihilominus ideò deprehendas, quia in eiusmodi orationib. Olaph nullam adscriptam habet vocalem.

Aliquando tamen hæc est secundæ masculinæ nota

nota vtriusq. numeri in Imperatiuo Etpahel. Tùm autem sub media verbicollata ita Imperatiuum à Einito distinguit, à quo alioqui nihil differet. Verùm hoc munere impropriè fungitur. Exempla exstant Psal. 31. v. vlt. & 32. vlt.

Atq. hæc de primo genere Punctorum, quæ potestati litterarum inferuiunt: sequitur alterū genus.

III. PUNCTA, quæ sonos vocales constituunt, ac proinde Puncta vocalia nominantur, & Syris **لِفْظُهُ** sunt hæc quoque alia, sic propriè dicta, alia impropriè, vt. in sequentibus patebit. Eaqué A.E. I.O.V. quot nimirum Homini plenissimas voces dedit Natura.

Horum aliæ apud Antiquiores fuerunt notæ, ad Græcas vocales proximè accedentes, à quibus videntur sumtæ. Aliæ apud Recentiores duabus potissimum punctuationibus constantes, excepto V ultimo: quod tamen ipsum etiam duûm esse volunt quidam planè contrario situ, atque O pingi solet: vt **ঁ bu**. Sed inusitata hæc est figura. Quare etiam à Grammaticis penè neglecta:

IV. Porrò Punctorum huiusmodi in ordine: primum est A.

Punctum: quod Græcorum ἀλφα quodammodo
repreſen-

repræsentat, iuxta Antiquiores, sed iuxta Recentiores duo puncta, unum supra, alterum infra litteram scriptum. Et iuxta Antiquiores quidem sic⁹ vt **א** ba: iuxta Recentiores verò ita : vt **אָ** ba. Vulgò **אָבְרֹהָם** Abrohom vocatur puerilis memorie causa posito nomine, cuius id est prima vocalis. Sed à doctioribus **אָפָרֶת** ac si Apertum dicant. Recludit enim hæc vox grauissima primùm cum ore guttur ipsum, in cuius infima extremitate sonans auditur. Valetque A apertum seu clarum, quale est Hebraeorum Patach, quod eadem notatione sic dicitur ab Aperiendo.

2. E, est punctum vocale, quod Gracorum ε Ειχόν representat iuxta Antiquiores, sed inuersum; iuxta Recentiores verò duo puncta infra litteram ad figuram Tzeri Hebraorum; nisi quod dextrū paullo* inferius collocatur. Et iuxta Antiquiores quidem sic⁹ vt **אָ** be. iuxta Recentiores verò ita : vt **אָ** be. Eiusdem memorie causa **אָשָׁחֵי** Eschaio vulgò dicitur, cuius nominis id est prima vocalis. Sed à doctiorib. **אָשָׁחֵת**; ac si Egestū dicāt. Vox enim in pulmonibus concepta illud pronuntiando egeritur iam & velut profunditur, neque coercetur in imo gutture, vt prior illa.

* Quod tam
mes Typo-
graphi in
impressis
exemplis
rarò obser-
vant.

Valet autem E clausum seu rotundum, quale est Hebræorum Tzeri.

3. I, est punctum vocale quod Græcorum ἡ̄ representat iuxta Antiquiores, & item inuersum: iuxta Recentiores verò duo puncta similiter infra litteram, sed quorum dextrum altius exstet, quam sinistrum. Et iuxta Antiquiores quidem sic: vt ḷ bi. iuxta Recentiores verò ita: vt ḷ bi. Eandem ob causam vulgò Ἀη̄ Ischok vocatur. Sed doctioribus ḹ ac si Compressum dicant. Vox enim illud pronunciando iam eò usque à gutture discessit, ut ad dentes pertineat, qui propè consociari & comprimi debent, ut ipsa plenè audiatur. Valet autem Hiric utrumque Hebræorum, hoc est, tam acutum, quam circumflexum.

4. O, est punctum vocale, quod Græcorum ουιη̄ representat iuxta Antiquiores, sed forma parum oblongiore instar oui. iuxta Recentiores verò duo eadem puncta prioris, sed supra litteram. Et iuxta Antiquiores quidem sic: vt ḷ bo. iuxta Recentiores verò ita: vt ḷ bo. Vulgò ω, Odom dicitur, cuius id est prima vocalis. Sed doctioribus ḹ, ac si Erectum seu Sublatum dicat. Vox enim illud pronunciando à pulmonibus usque extra dentes pro-

gressa iam labra attollere incipit. Valet autem A clausum & obscurum, quale est Hebræorum Caméts, tanquam sonus A & O inter se coniunctus; Id partim aliis ex vocibus Syris Noui Testamenti, quæ in Græcam linguam degenerarunt, colligitur; partim ex illis D. Paulli, quæ habentur 1. Cor. 16,22. & Marc. 14,36. vt  &  quæ Hebraicè sonant  &  Hæc igitur gentina huius vocalis potestas est: non illa; quâ Hebræorum Hólem valet & Græcorum ουινε᷑ρ: licet huius figuram repræsentet.

5. V, est punctū vocale, quod Græcorū ψιλὸν inuersum quondam representabat unā cum o μικρῷ imposito ad hunc modū (Harū enim duarū vocalium coniunctarū efficit sonū, qualis auditur in voce τύπῳ) Sed nunc faciliore ductu formatum similitudinē gerit Hebraorū Caméts cum adposito in latere sinistro interdū o μικρῷ, interdū solo puncto in istū modū. vel. Vulgō  Urio vocatur, cuius est prima vocalis. Doctioribus verò  ac si Cohibitū & Pressū dicant. Vox enim vltimis labris cohibita pressaque eum sonum repræsentat, qui est huius vocalis. Valet autem Hebræorum Schurek, hoc est, u crafsum, quale est hodie u Germanorum.

Ceterū hoc pūctum vix inuenias, nisi quā dictum est, nota posteriore. (Prior enim exoleuit, & parum usitata est eorum, qui vnicū supra Vau pūctum statuunt.) Nec ferè, nisi supra litteram. Vau, cum qua si insuper ei pūctum subterscriptum est, longa est vocalis. vnde لفظاً. V longum appellatur, vt in voce سوْد Surge. &c.

Quod si vertici eiusdem Vau incumbit pūctum: tūm breuis est vocalis, diciturque لفظاً. لفظاً V breue. vt ex voce وَلَمْ Introī, satis apparet.

At cùm Vau illud non habet V quintam vocalem, neque silet, sed cum aliis vocalibus consonat; tūm nullo eiusmodi pūcto insignitur: quod tamen ipsum ad pronuntiationis duntaxat elegantiam cùm spectet, non magna est in eo aut ignorato aut prorsus omisso iactura.

Atque hæc de pūctis vocalibus, & quidem in specie de singulis. In genere de eis obseruentur hæ regulæ. striaq; cunneq; bimis ibid. 1. E notæ Antiquiorum; et si non nisi sub litteris olim collocabantur, 2. A, O, V, non nisi suprà tam promiscuè nunc infra, nunc suprà collocantur. 2. Non semper illia litteris, ad quas pertinent, sed vel precedentibus vel subsequentibus solent adscribi,

ita ut Lectorem analogiæ Grammaticæ attendere sit necesse. Exemplum inter alia exstat Matth. 13, 44. & Luc. 1, 31.

30. Ex his s̄a penumerò diphthongos fieri. In medio quidem ex A, E, & I. In fine autem ex A tantùm. Exempla sunt ~~ωόδος, Αντλ~~ & similia, in quorum vno A cum Vau, non vt V simplex, sed vt Au diphthongus pronunciatur. & in altero j cum jud, vt Ei Gallicum. Vnde illa Græcorum vestigia in ~~υαδη~~, ~~Ισιδας~~ & ~~Ισεραηλ~~ ab Hebræis ~~נָתַת~~ & ~~חֲבֵל~~ haud dubiè emanarunt. item hæc vox ~~ερεφαιμ~~, Isa. 6, 6.

APPENDIX.

Quod ad longas, breues, raptas vocales attinet, sciendum, propriè heic nullas esse, quomodo solent esse apud Hebræos. Subintelligunt tamēn eas Syri in litteris aut apertè, aut tectè quiescentibus, sicut Hebræi in ~~נְרָאֹת~~ & ~~נְתָר~~. vt illæ nempe breues sint, quarum sonus illico à consonantib[us] litteræ sono extinguatur & cum eo confundatur: illæque longæ, quarum voices aut tecte aut aperte à litteris, quas *Matres* vocant, hoc est, ab ~~אָוֹל~~ veluti sustineantur diuque resonent. Verbi gratia in Pronomine ~~אָלוּ!~~ Illi, E est longum, V breue. Illius

enim sonus à nulla consonante impeditus longiore durat tempore. Huius illico cum Nun sequente voce confunditur.

Idem iudicium de **בָּ** *Manus*: vbi & I & O sunt longa: alterius quippe vox à Iud; alterius ab Olaph sustentatur. At in **מְ** *Præsidium*, I est breuis, neque Iud silet, sed consonat cum vocali O adscriptum. Sed & hæc omitti possunt sine magna noxa, quandoquidem ne his quidem regulis Hebræorum longitudo vocalium & breuitas apud Syros satis plenè iudicatur.

Venio ad SCHEVA, quod ideò cum reliquis vocalibus non coniungitur, quia administratur, & eius nota ferè semper omittitur, ac potestas quodammodo per E sed raptum, & quasi furtim pronunciatum exprimitur. de quo satis est scire:

I. *Ipsum ferè sub Seruilibus haberi*. modò aliquo quinque vocalium punto insigniantur litteræ quævis sequentes, exceptis Olaph & Iud sequentibus; quarum causa Scheua sub Seruilibus admittitur, & eius loco ipsarum substituitur vocalis, in hunc modū **וֹיְמָה**, **וֹלָם** & similia.

Quod si sequentes forte litteræ ipso Scheua insigniantur: tūm, ne duō Scheua ab initio concurredant,

rant, prius conuertitur in A clarum, in istum modum حُمْرَة, רָקֹם, & similia.

2. *Et plerumque fere mutum usurpari: quandoquidem Gutturalium Syri minimam habent rationem.*

3. *Si quæ tamen sint Gutturales, eius loco sæpè numerò A, quod ipsi Patach, aut E, quod ipsi Tzeri respondet, sub illis usurpari, quasi illis punctis Hebreum Chatephpatach aut Chatephsegol repræsentent, ut in his vocibus לְהַאֲדָנָה Deus: אֱמֹר Dixit, quæ puncta sæpius initio dictionis, ne-dum in medio per punctum raptum pronuntiantur. Aliquando Tzeri tantum usurpari, ut in aliis litteris, quam in Gutturalibus consuevit. Sic enim scribitur يَعْصِي & בֶּן-כִּיּוֹب Filius meus pro سَمَّا & شَمَّا Nomen meum pro عَلَب & شَمَّا &c.*

4. *Sub Iud aliquando in Hiric mutari: ut יְדֹעַ Cognouit pro يَدَهُ. &c.*

5. *Etiam silens ante Iud ex ipsius lenitate pronuntiari per i ut סְגִיָּת Segioth, Aucta est. &c.*

III. PUNCTA quæ voces ambiguas distinguunt, sunt hæc item propriè sic dicta; eoque modo tantum: ac faciunt suum pro diuerso situ nunc supra, nunc infra litteram officium: quomodo Kusoi &

Ruchoch faciebant: idque partim vnâ, partim duabus punctionibus.

VNA quidem in Ambiguis, quæ vel circa rationem significandi & eas pronunciandi occurunt, ut hæc delineatio ostendit.

ōt̄	<i>cum puncto supra litterā significant</i>	Ille	ōt̄	<i>Hau, & habet fere post se Dolatis, relatum.</i>	Ipse	ōt̄	<i>Hn.</i>
ōt̄		Illa	ōt̄	<i>Hoi.</i>	Ipſa	ōt̄	<i>Hi.</i>
l̄?̄l̄		<i>Ea vel Quæ</i>	l̄?̄l̄	<i>Aido.</i>	Manū	l̄?̄l̄	<i>Idho.</i>

vel circa Adsignificationes Verborum: ut Temporum & Personarum.

Temporum quidem Præteriti & Participij praesentis, quod ipsum nihil differens ab illo, nempe tertia personâ, distinguitur, si punctum ad eius latus sinistrum litteræ primæ Radicis collocetur hoc modo: **ōt̄** Relinquens. & **ōt̄** Reliquit.

Personarum verò, si idem punctum vni personæ subiiciatur, alteri superimponatur; ut in tertiiis femininis, & secundis masculinis singularibus fit: quæ à primâ Præteriti nihil differentes scripturâ, hoc modo inde distinguuntur; quod videlicet punctum eis subiicitur, cum primæ superimponatur ut **Δōt̄** Reliquit Femina. **Δōt̄** Reliquisti Vir. & **Δōt̄** Reliqui ego. Vbi obseruetur in tertiiis

tertiis femininis sinistrum etiam latus puncto insigniri ad maiorem differentiam, quod punctum earum insigne est etiam in libris absque punctis. hoc modo **Δωτ**. *Reliquit Femina, &c.*

DUABVS verò punctionibus ambiguæ voces distinguiuntur circa Nominum adsignificationes. vt Numerorum: & pluralis quidem à singulari, à quo apud Syros saepe nulla casus siue terminatio- nis variatione, aut litterarum mutatione, vt apud Hebræos fit, est diuersus. Ponuntur autem duo il- la puncta supra dictiones pari altitudine per trans- uersum instar Tzeri Hebræorum hoc modo .. Sic pluralis **λαζ** *Boues* à singulari **λαζ** *Boue* distin- guuntur: & **λινσ** *Figuli* à **λινσ** *Figulo*. &c.

Quod si in tali nomine Risch fuerit, perpetuò, vt constat, suum in capite gerens punctum; tūm plerunque eius punctum pro altera numeri plura- lis nota seu puncto usurpat. vt in exemplis præ- cedentibus est factum.

CAP. III.

*De Verbo. quæ de eo dicenda; & primum
de Distributione.*

ABSOLVTA est prima pars Institutionis, nempe Præceptio de iusta legitimaq; ratione legendi & pronuntiandi linguam Syram: Et huiusmodi est præceptio prima: sequitur altera.. Est autem quæ præcipit de Partibus orationis; veteribus Ety-mologia dicta: cuiusmodi partes iuxta. usitatum. Hebræorum morem sunt tres.

VERBVM.

NOMEN.

Vox CONSIGNIFICANS.

De VERBO, quod Syri  appellant, obseruentur necesse est eius

Ordines.

Genera Conjugationum.

Formæ.

Exempla, eorūmque obseruationes.

Constructio cum Pronominibus.

ORDINES in tabula subiecta ob oculos po-nuntur.

VERBO-

PERFECTA, quorum litteræ singulæ Radicis pronuntiantur, & inter coniugandum retinentur. ut **σόνα** Reliquit.

VERBA SYRORVM FUNC

Ternaria qua <i>z iu-</i> <i>sto triū</i> Radica lis <i>i nu-</i> <i>mero:</i> cōstant	<i>Desellius</i> qua <i>z de-</i> <i>factum compen-</i> <i>sant per K̄b̄lā īn</i> littera sequēti, ni- si sit Gutturalis.	<i>Simplisia</i>	Pe	Nun	ن	Custodias.
				Iud	د	Sedit.
IMPER- FEcta, in quib. aliqua Radiceis littera, vel etiā duz aut deficiunt aut qui- escent. Ea	<i>Quiescentia</i> , qua <i>z</i> quietem indicant in vocali plerumque antecedente.	<i>Inde Cen-</i> <i>posita gene-</i> <i>ris</i>	Pe	Olaph	ي	Dicit.
				Iud	م	Sollicitus fuit
			Ac	Vau	و	Surrexit.
				Iud	أ	Mortuus est.
			Lomad	Olaph	ل	Vocavit.
				Iud	ل	Videt.
			Pe Iud & Lo-	mad Olaph	م	Professus est.
				Pe Olaph & Lo-	م	Venit.
	<i>Eiusdem, nempe ex</i> <i>Quiescentibus</i>		Pe Olaph & Lo-	mad Olaph	م	Oppretit.
					م	
<i>Diversi, ex Defectiuis Pe Nun &</i> <i>Quiescentibus Lomad Olaph</i>						

ABUNDANTIA, de quibus
pagina sequenti.

Duplicatis. Tùm autem prima repetita inter duas geminas media collocatur; veluti à verbo **אָמָר** *Amarus fuit*, efficitur **אִירְבָּאָד** *Irritauit*. Vsurpando-rū huiusmodi verborū ratio est, quòd absurdā esset eorum pronunciatio & dura in Pahel, cùm vna eademque littera ter sonaret: præsertim quæ alioqui per se voce non facili potest efferri, quales sunt Risch & Ae. Utuntur autem Syri Quadratis in solo Pahel & Etpahel, quod à Pahel deducitur.

Quiescentibus in media. Tùm autem omissa illâ mediâ reliquæ duæ geminâtur. Sic à verbo **עַלְתָּה** *Altus fuit*, efficitur **עַלְתָּה עַלְתָּה** *Exaltauit*. Vsurpandi ratio eadem est horum, quæ Hebræorum in Pihel & Hitpahel, quæ medium Vau habent, cùm postremam geminant, & pro verbis **בְּנֵי** & **בְּנֵי בְּנֵי** dicunt **בְּנֵי בְּנֵי** & **בְּנֵי בְּנֵי**.

VNA. unde Quadrata verba emergunt.

A Ternis autem illis deducuntur. vel à

ABUNDAN-TIA, quæ iustum illum numerum excedunt assump-tis litteris

Defectiuis Pe. Iud. Tùm autem per Metathesin simul & geminationem litteræ secundæ & conuersionem Iud in Vau pro ratione litterarum ּוֹל fit Quadratura. Nam à ְבָנִים fit in Pahel ְבָנָוֹת & in Etpahel ְבָנָוֹת Extulit se. quomodo suauior est hæc vox, quam si simplex Pahel aut Etpahel formetur.

Olaphe quod aliquoties fit. Sic à Simplice ְבָנָה Bibit, fit ְבָנָה eiusdem significationis. &c.

Initia Schin, vel Semchat, quod sæpè accidit. Sic à ְכָל Coram, fit ְבָנָוֹת Incidere in aliquē: & à ְבָנָה Alacritas fit ְבָנָה Feſtinare.

Media Iud vel Vau, quod fit pro geminatione litteræ mediæ, quam Pahel alioqui exigeret. Exemplo est verbum ְבָנָן Credidit. In quo insuper Hebreo Olaph ponitur. Est enim Pihel verbi ְבָנָא.

Fines Olaph vel Iud.

DYABVS.
vnde Quina-
ria. que à
Ternis qui-
dē etiam de-
ducuntur, sed
accessione
litterarū ad

CAPVT IV.

De Generibus Coniugationum: in quibus de ratione significandi: item de Formis. nec non Exemplis Præteritorum.

AT GENERA Coniugationum, per quas vnum idemque verbum variata mouetur significatione, hæc ostendit delineatio.

A C T I V A. quæ motum vel in mouente desinentem significat, vt **נָאַת** Sedit: vel eum, qui vim suam exserit in rem extra mouentem, vt **נָאַת** Reliquit. Ea triplex, & ab usitatissimo Hebræorum נְעַל sic CONIV- per Syncedochen speciei nomen suum GATI O fortitur. ut alia sit *Pehal*, eorum נְעַל. alia est vel *Pahel*, eorum נְעַל. alia denique *Aphel*, eorum נְעַל respondens.

P A S S I V A. quæ &c Reciprocam effectiō nem significat in ipsum efficientem: ac non nisi una statuitur lucis gratia: quamvis pro varia punctorum ratione nunc à Pehal, nunc à Pahel, nunc ab Aphel deducitur. Ea vocatur *Etpahel*, respondetque Hebræorum נְעַל.

Et huius-

Ethuiusmodi Genera...

Totidem sunt & ad flexionem seu formatio-
nem vocum FORMÆ in coniugando. Hebræi
quintam addunt dissyllaborum desinentium in
He. Sed hæc Perfectorum est propria apud Syros.
Delineatio autem est talis.

FORMÆ sunt vel IMPER- FECTO- RVM,	{	Simplicibus -	Dissyllaborū de- sinentiū in quies- cens Olaph. in	{	Compositis -	[A]
Monosyllaborū contractorum ex	{	Duplicatis -		{	Vau	[o]
Quiescen- tibus Ae	{	Iud.				

Quomodo autem singulæ inflectendæ, pára-
gmata subiecta ostendunt, quæ omnia nuda sunt
posita, eaque ipsa quæ MASH nostri. De adsigni-
ficationib. duobus videlicet Numeris, tribus Per-
sonis & genetibus non labore, cùm semper ea in
promptu: nec ad verba huius linguae accedat, nisi
litteris Hebræis iam antè, vt ita dicam, tinctus.

EXEMPLA ad PRÆTERITVM Syris dictum

I.

PEHAL.

Δεσμός²
φοβός⁴
τόπος⁶
λόγος⁸
μάχη¹⁰

II.

PAHEL.

Δεσμός²
φοβός⁴
τόπος⁶
λόγος⁸
μάχη¹⁰

Δέσμος²جَنْ¹Δεسْمُ²جَنْ¹φόβος⁴فَوْ³فَوْ⁴فَوْ³τόπος⁶فَلَوْ⁵فَلَوْ⁶فَلَوْ⁵λόγος⁸لَوْ⁷لَوْ⁸لَوْ⁷μάχη¹⁰مَحْقَبَة⁹مَحْقَبَة¹⁰مَحْقَبَة⁹Δεσμός²جَنْ¹φοβός⁴فَوْ³τόπος⁶فَلَوْ⁵λόγος⁸لَوْ⁷μάχη¹⁰مَحْقَبَة⁹

Aut more Perfectorum
fit expressis omnibus litteris. aut Quadratorum.

اَنْتَ بِكُمْ eadem significatione, ad

III.

APHEL.

أَفْعَلْ	۱
أَفْعَلْ	۲
أَفْعَلْ	۳
أَفْعَلْ	۴
أَفْعَلْ	۵
أَفْعَلْ	۶
أَفْعَلْ	۷
أَفْعَلْ	۸
أَفْعَلْ	۹
أَقْعَدْ	۱۰

IV.

ETRAHEL.

أَفْعَلْ	۱
أَفْعَلْ	۲
أَفْعَلْ	۳
أَفْعَلْ	۴
أَفْعَلْ	۵
أَفْعَلْ	۶
أَفْعَلْ	۷
أَفْعَلْ	۸
أَفْعَلْ	۹
أَفْعَلْ	۱۰

أَفْعَلْ	۱
أَفْعَلْ	۲

أَفْعَلْ	۱
أَفْعَلْ	۲
أَفْعَلْ	۳
أَفْعَلْ	۴
أَفْعَلْ	۵
أَفْعَلْ	۶
أَفْعَلْ	۷
أَفْعَلْ	۸
أَفْعَلْ	۹
أَفْعَلْ	۱۰

& ita in reliquis more Pahel,
additâ syllabâ consuetâ, quæ
fit Perfectoruim more.

أَفْعَلْ	۱
أَفْعَلْ	۲
أَفْعَلْ	۳
أَفْعَلْ	۴
أَفْعَلْ	۵
أَفْعَلْ	۶
أَفْعَلْ	۷
أَفْعَلْ	۸
أَفْعَلْ	۹
أَفْعَلْ	۱۰

أَفْعَلْ

& ita in reliquis aut more
Pehal, syllabâ consuetâ ad-
ditâ, aut sui Pahel, atque
adeò etiam Quadratorum.

I.

PEHAL.

אַלְפָה	בָּהָרָה
כָּבָדָה	בָּהָרָה
גָּמָלָה	בָּהָרָה
דָּבָרָה	בָּהָרָה
הָבָרָה	בָּהָרָה

II.

PAHEL.

Fit more Perfectorum si media mutetur in Iud consonantem. vt hoc Tempus: sic omnia quæ in hac coniugatione sequuntur.

CAPVT V.

Ad obseruationes transitum. eas accommodari tām Imperfectis, quām Perfectis. & primū de iis, quæ Præteritorum sunt proprie.

Pos v i omnium Præteritorum exempla.
Transeo ad OBSERVATIONES. Eæ sunt

1. *Communes.*
2. *Speciales.*

Communes, quæ Ordinis utriusque conueniunt verbis. ac Præteritorum quidem, primū Generales ad omnia, sunt tales:

I. *R A D I X Præteritorum communissima ita ab Hebrais deformatur, ut Camets prioris syllabæ mutetur in*

III.

APHEL.

أَفِيلْ^۱
أَفِيلْ^۲
أَفِيلْ^۳
أَفِيلْ^۴
أَفِيلْ^۵
أَفِيلْ^۶
أَفِيلْ^۷
أَفِيلْ^۸
أَفِيلْ^۹
أَفِيلْ^{۱۰}

أَفِيلْ^۱
أَفِيلْ^۲
أَفِيلْ^۳
أَفِيلْ^۴
أَفِيلْ^۵
أَفِيلْ^۶
أَفِيلْ^۷
أَفِيلْ^۸
أَفِيلْ^۹
أَفِيلْ^{۱۰}

ETRAHEL.

أَفِيلْ^۱
أَفِيلْ^۲
أَفِيلْ^۳
أَفِيلْ^۴
أَفِيلْ^۵
أَفِيلْ^۶
أَفِيلْ^۷
أَفِيلْ^۸
أَفِيلْ^۹
أَفِيلْ^{۱۰}

tetur in Scheua. ut شَبَكَ Reliquit. &c. Vnde prior forma. Reliquæ deinde formæ Radicum, quæ minus sunt usitatæ, partim retento A in syllaba secunda, nunc etiam A in prima admittunt, nunc ibidem E, nunc I: partim A quoque amisso in secunda, nunc Scheua, & E, vel O, nunc I & E. Quæ varietas fit vel ex ratione litterarum, quæ alias atque alias vocales præ aliis magis amant, vel ex receptissimo more Syrorum. Hinc fit, ut in reliquis quoque casibus qui omnes ab una harum Radice nascuntur, alia verba alias vocales habeant. Exempla sunt huiusmodi، فَعَلَ Fecit، يَعْنَى Pulcher fuit.، سَبَقَ Peperit.، قَدَّرَ Equitavit.، مُهْلَكَ Oblitus est.، مُسْبَبَ Latatus est.، مُسْتَأْنَدَ Sedit.

II. RELIQVÆ à Radice voces formantur assumtis certis litteris vel syllabis.

1. Ex Pronominibus.

2. Aliunde.

Ex Pronominib. hæ personæ	Singularis Secunda	Masculina. Feminina.	Ex Pronominibus	Δι'	His litteris vel syllabis	Tu Vir.
	Tertia	Masculina. Feminina.		Δι'		Tu Mulier.
	Plurales	Masculina. Feminina.		οντι		III.
Secunda	Communis.	Masculina. Feminina.	Ex Pronominibus	οδι'		Illæ.
	Prima	Communis.		αι'		Vos V.
				αι'		Vos M.
				αι'		Nos.

ALIVNDE quæ ex Pronominibus formantur Singulares prima Communis, idque syllaba ι Eth. & tertia Feminina, syllaba η Ath, quæ in verbis Lomad Olaph, vel Iud in ο Oth commutatur. De distinctione harum personarum, quæ scripturâ sunt similes, dictum est capite 2.

III. PRÆTERITA nunquam pro Futuris, sed contrâ ea pro Imperfectis & Plusquam perfectis usurpantur. Imperfectis quidem post Participia locata. Plusquam perfectis vero, post simplex Præteritum; vel

tum; vel singulariter, cùm Præterito verbum στοστ
Fuit, postponitur obseruatis adsignificationū dif-
ferentiis, sed nulla intercedente copula. vt στοστ
στοστ *Reliquit fuit*, id est, *Reliquerat*. &c. Non
rarò tamen simplex etiam Præteritum aliorum
loco usurpatur.

Speciales deinde obseruationes sunt hæ:

AD PRÆTERITVM Pehal.

Prima syllabā Radicis raptim efficitur absque
vocali adscripta, exceptis primâ & tertîâ Femininâ
singularibus. in quibus E sæpè reperitur, sicut
etiam in verbis Pe Olaph. vt ئەلەپھە دیخیت. &c.

In Quiescentib. tamē Pe Iud sæpè j. vt ئەلەپھە سەدیت.

AD PRÆTERITVM Pahel.

1. *Punctum Kusoī litteræ mediæ vertici im-
positum est huius Coniugationis insigne. quæ proin-
de littera geminanda est, aut certè durius pressiūs
ve legenda. siue ea sit huius puncti capax, siue non
capax. Quod si non capax sit: tūm à Pehal digno-
scitur ex syllaba priuâ, quæ cum A insignitur
vbique etiam coniuncta cum * Pronominibus.*

2. *A in secunda est plerumque E. vt apud He-
bræcos. Tūm & eæ litteræ, quæ asciscuntur ad ini-
tium heie, raptim leguntur per E, aut per Scheva-*

* Affixis
enim Pro-
nominibus
& vocales
alicubi mu-
tantur.

potius, quāquam ea nota careant Syri, vt dictum.

AD PRÆTERITVM Aphel.

1. *Loco* Hebræorum He, sicut etiam in Etpahel, Olaph habetur more Chaldæorum. & vt in Præterito: sic in Imperatiuo.
2. *Habent* autem Seruiles ante primam Radicis vbiique A. Secunda autem plerumque E.

AD PRÆTERITVM Etpahel.

1. *Ablatā syllabā*, quæ ex Tau & aliis Seruilibus componitur, reliqua Positio similis est tribus

EXEMPLA ad

I.

PEHAL.

II.

PAHEL.

Singul.	Mascul.	مَهْلَكٌ	مَهْلَكٌ
	Femin.	مَهْلَكَةٌ	مَهْلَكَةٌ
Plural.	Mascul.	مَهْلَكَاتٌ	مَهْلَكَاتٌ
	Femin.	مَهْلَكَاتٍ	مَهْلَكَاتٍ

reliquis: in primis ipsi Aphel. Nam plerunque prima eius syllaba etiam A admittit, & secunda E; non raro tamen etiam ipsa A, ad morem verbi **אֲפָהֵל**. &c.

2. *Media Radicis* Kusoï recipiens, est dura in quibusdam. at alicubi lenis manet, pro ut variè vel à Pehal, vel à Pahel deducitur.

3. *Quod si* prima est vel Schin, vel Semchat, vel Zode vel Zai: tūm Metathesis fit Seruilis Tau. imò ipsius quoque commutatio in Teth propter Zode, aut in Dolath propter Zai.

B E N O N I.

III.
APHEL.IV.
ETPAHEL.

Singul.	Mascul.		
	Femin.		
Plural.	Mascul.		
	Femin.		

Singul.

Exempla ad
idem iudicium quod de præterito
fuit.

I.

PEHAL.

II.

PAHEL.

Singul.	Mascul. Femin.	ظِيَالٌ ظِيَالٌ	مُظْعَلٌ مُظْعَلٌ
Plural.	Mascul. Femin.	ظِيَالٌ ظِيَالٌ	مُظْعَلٌ مُظْعَلٌ
Singul.	Mascul. Femin.	مُدَافِعٌ مُدَافِعٌ	Idem heic iu- dicum quod de præterito fuit.
Plural.	Mascul. Femin.	مُدَافِعٌ مُدَافِعٌ	
Singul.	Mascul. Femin.	فَتَأَلَّ فَتَأَلَّ	
Plural.	Mascul. Femin.	فَتَأَلَّ فَتَأَلَّ	

BENONI		OBSERVATIONES AD BENONI
		I. PROBLEMIUS CECOPIS ALYBBATI, MOLE HICPI II. PROBLEMIUS CECOPIS ALYBBATI, MOLE HICPI III. PROBLEMIUS CECOPIS ALYBBATI, MOLE HICPI IV. PROBLEMIUS CECOPIS ALYBBATI, MOLE HICPI
	APHEL	ETRAHÈL.
Singul.	Mascul. et ita in reliquis	
	Femin. more Pahel, ad-	
Plural.	Mascul. dita syll. consue- ta ut in Præte-	
	Femin. rito fiebat.	
Singul.	Mascul. fit similiter	
	Femin. more Perfectio-	
Plural.	Mascul. dita pauci per-	
	Femin. Quadratuhi.	
	Femin. in Pele-	
Singul.	Mascul. impeditis hominum. At ex basili-	
	Femin. summa Radicis est Richelius	
Plural.	Mascul.	
	Femin.	

OBSERVATIONES ad BENONI.

1. Pro Præsenti crebrò usurpatur, more Hebr. quod sit præposito & postposito Pronomine simul; vel præposito tantum, aut postposito tantum. Exempla sunt huiusmodi. Prioris quidem hoc:

*وَكُلُّ مَا لِي إِنْ لَمْ يَكُنْ لِي Ego dans ego vobis. hoc est,
Ego dō vobis.*

Posterioris verò istud. *أَنْ أَرْكِنْ أَنْ أَرْكِنْ Pacem
relinquens ego. hoc est, Pacem relinquo. &c.*

2. In omnibus verborum Ordinibus non solum more Nominum, sed quodammodo etiam Verborum Præteriti, inflectitur, dum per alias atque alias personas variatur in hunc modum.

*وَكُلُّ مَا لِي Tu relinquens vir, & أَنْ أَرْكِنْ أَنْ أَرْكِنْ
Tu relinquens mulier. &c.*

Idem iudicium de plurali.

3. More Hebraeorum prima syllaba in Perfectis admittit O & secunda E; quamuis etiam in Imperfectis nonnullis. ut ex paradigmate *لِهِ* satis appareat.

4. Si tamen ultima Radicis est Risch vel una Guetralium, secunda illa assumit A. ut *أَنْ أَرْكِنْ* (Anstodiens. &c.)

وَكُلُّ مَا لِي Pahel & Aphel affinito Mim.

& Etpahel syllaba $\Delta\circ$ formetur, apparet ex Tabulis. De iis, quæ anomaliam patiuntur, dicetur capite vi. Illud saltem nunc lubet addere:

Etiam Pahil in Pahel formari per Mim. Quare difficulter à se inuicem dignosci Præsens illud & Præteritum, nec ferè, nisi ex orationis sensu. sæpè tamen Præsens E. Præteritum verò A admittunt: sed quia etiam multa Præsentis in vltima habent A propter Risch aut Gutturales iuxta obseruationem quartam, non est hoc certissimum eius insigne.

~~Exempla ad hanc rationem adducere ex T. 2. Et superius (vallis V. o. foliis) etiam adducere ex T. 2. Exempla ad hanc rationem adducere ex T. 2. Putis. De his dnis nouissimum balatum dicitur:~~

אַפְּהֵלָה	אַפְּהֵלָה	אַפְּהֵלָה

Fiunt	more Aut per Qua- dratum.	Perfectorum.
אַפְּהֵלָה	אַפְּהֵלָה	אַפְּהֵלָה

OBSERVATIONES ad PAHIL.

1. *Inflectitur* etiam hoc Participium per alias atque alias personas: iuxta obseruationem Benoni secundam.

2. *Habet* autem prima syllaba heic quoque in ore Hébraeorum A. quanquam non semper adscriptum. At secunda I. * Vnde Pahil vocatur, & Femininum creat addito ad finem Olaph cum O. Numerum verò pluralem addito ↗ genere masculino & Nun feminino cū O vñā vocali quarta.

3. *Sæpè* tamen masculinum genus adiunctum habet Olaph. Sed tūm formatur Femininum addito Tau: quorum pluralis, in Masculino quidem, fit mutato O syllabæ vltimæ in E, in Feminino verò adiectis duobus suprà punctis, manentibus litteris & vocalibus eisdem.

4. *In* Pahel paullò aliter se habet. Nam præter Mīm assumtum vltima syllaba. A admittit, cùm istic I admittatur. Dein in genere masculino formæ prioris sæpè Olaph sibi vendicat, & in feminino Tau. quodque fit absque Tau format pluralem, sicut Benoni per ↗. quod autem cum Olaph id si positum est pro masculino, eum effi-

* Excipe.
Quiescētia
Lemad o.
laph, in qui
bus ea syllaba E as-
sumit ut in
paradig-
ma. ↗
videre est
eig̃ simili-
bus.

cit mutato O in E. sive pro feminino per Nun-
cum O; hoc est, per syllabam on.

EXEMPLA ad INFINITUM Syris dictum pe-
riphrastice لَوْجَهْ حِلْلَةْ حِلْلَةْ; Absque tem-
pore & absq. persona, vel vno nomine حِلْلَةْ
Fons siue Scatebra.

PEHAL. PAHEL. APHEL. ET PAHAL.

vt in Pehal.	Similiter ut in Pehal.		

	Fit Perfectorum more aut Quadrato- rum.		ut Pahel.

OBSERVATIONES ad INFINITVM.

1. *Fit* præposito Mim. in omnibus generibus: quod, et si aliae Seruiles, ut Lomad & Mim, adhibeantur ad Gerundi verba: tamen suo loco manet fixum. vt ~~أَنْتَ تُرْكِي~~ *Ad relinquendum*. & ~~أَنْتَ تُرْكِي~~ *A relinquendo*. &c.
2. *Admittit* autem E primâ syllabâ, & secundâ plerunque O. quo modo à suis Participiis differt. Non raro etiam A.
3. *In* fine assumit interdum Vau paragogicè manentibus vocalibus, vt ~~أَنْتَ تُرْكِي~~ & cum Seruili etiam, vt ~~أَنْتَ تُرْكِي~~. &c.
4. *In* Quiescentibus tamen Olaph propter paragogen illud in Iud commutatur per omnia genera coniugationum. vt in Pehal ~~أَنْتَ تُرْكِي~~ & sic in reliquis.
5. *Quod* si cum Pronominibus coniungitur: tum assumto Vau illo insuper Tau asciscit, vt in hoc exemplo ~~أَنْتَ تُرْكِي~~ *Ad relinquendū eum* &c.

أَنْتَ تُرْكِي
أَنْتَ تُرْكِي

أَنْتَ تُرْكِي
أَنْتَ تُرْكِي

Exempli
Egypci. Bijbel.

		OBSErvATIOnES INSTITUTIVAS
		Exempla ad IMPERATIVUM Syris
		per aduerbium Διόσδ ac
		Διόσδ لَوْكَة , لَوْكَة .
Singul.	Mascul.	لَوْكَة
	Femin.	لَوْكَة
Plural.	Mascul.	لَوْكَات
	Femin.	لَوْكَات
Singul.	Mascul.	لَوْكَة
	Femin.	لَوْكَة
Plural.	Mascul.	لَوْكَات
	Femin.	لَوْكَات

dictum **لِهَوْد** eadem significatione, vel
si Mandatiuè dicant.

III.

APHEL.

IV.

ET PAHEL.

Singul.	Mascul.	فَيْلَمْ	فَيْلَمْ
	Femin.	فَيْلَمْة	فَيْلَمْة
Plural.	Mascul.	فَيْلَمْ	فَيْلَمْ
	Femin.	فَيْلَمْات	فَيْلَمْات
vel		فَيْلَمْ	فَيْلَمْ

Singul.	Mascul.	كَلْمَ	كَلْمَ
	Femin.	كَلْمَة	كَلْمَة
Plural.	Mascul.	cum I quoq. Alioqui vt in Pahel.	& ita in reli- quis ad Pahel, solâ syllabâ additâ.
	Femin.		

I.

II.

PEHAL.

PAHEL.

Singul. {
Mascul.
Femin.

سُنْدَىٰ
سُنْدَىٰ

Plural. {
Mascul.
Femin.

سُنْدَىٰ
سُنْدَىٰ

Singul. {
Mascul.
Femin.

سُنْدَىٰ
سُنْدَىٰ

Plural. {
Mascul.
Femin.

سُنْدَىٰ
سُنْدَىٰ

سُنْدَىٰ
سُنْدَىٰ
سُنْدَىٰ
سُنْدَىٰ
سُنْدَىٰ
سُنْدَىٰ

سُنْدَىٰ
سُنْدَىٰ
سُنْدَىٰ
سُنْدَىٰ
سُنْدَىٰ
سُنْدَىٰ

III.

APHEL.

IV.

ETPAHEL.

Singul. {
Mascul.
Femin.

Plural. {
Mascul.
Femin.

Singul. {
Mascul.
Femin.

Plural. {
Mascul.
Femin.

أَبْلَغْتُ
أَبْلَغْتُ

OBSERVATIONES ad IMPERATIVUM.

Formatur assumto V in secunda, ut plurimum.
Non raro tamen etiam A aut E vel alio pro ratione litterarum Radicis. Dicimus enim *أَبْلَغْتُ* *Rasalite cum A propter Risch. item* *أَفَّا* *Fac cum E,*
quia sic usus est receptum.

EXEMPLA ad FUTVRVM Syris dictum

EPIPHANER.

APHET.

11.

PEHAL.

1. يَعْلَمُ 2. يَعْلَمُ
 3. يَعْلَمُ 4. يَعْلَمُ
 5. يَعْلَمُ 6. يَعْلَمُ
 7. يَعْلَمُ 8. يَعْلَمُ
 9. يَعْلَمُ 10. يَعْلَمُ

1. يَعْلَمُ 2. يَعْلَمُ
 3. يَعْلَمُ 4. يَعْلَمُ
 5. يَعْلَمُ 6. يَعْلَمُ
 7. يَعْلَمُ 8. يَعْلَمُ
 9. يَعْلَمُ 10. يَعْلَمُ

PAHEL.

1. يَعْلَمُ 2. يَعْلَمُ
 3. يَعْلَمُ 4. يَعْلَمُ
 5. يَعْلَمُ 6. يَعْلَمُ
 7. يَعْلَمُ 8. يَعْلَمُ
 9. يَعْلَمُ 10. يَعْلَمُ

1. يَعْلَمُ 2. يَعْلَمُ
 3. يَعْلَمُ

& ita in reliquis ad morem Pehal,
 manente Olaph, quod in vocali E
 quiescit. Anomalum vide ad Tit. 2.
 ubi pro Olaph
 Nun ponitur in

Fit similiter more Perfectorum.

1. يَعْلَمُ 2. يَعْلَمُ
 3. يَعْلَمُ 4. يَعْلَمُ
 5. يَعْلَمُ 6. يَعْلَمُ
 7. يَعْلَمُ 8. يَعْلَمُ
 9. يَعْلَمُ 10. يَعْلَمُ

&c.

اَحْدَنْ بِحَمْبَرْ siue لِبْرَ اَهْدَنْ eadem significatione.

III.

ET PAHEL.

١٠ بِسْمِ اللَّهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيمِ
١١ إِنَّمَا تُنذَّرُ مَا يُنذَّرُ
١٢ فَلَا يَرَى إِلَّا مَا يُنذَّرُ
١٣ إِنَّمَا تُنذَّرُ مَا يُنذَّرُ
١٤ فَلَا يَرَى إِلَّا مَا يُنذَّرُ
١٥ إِنَّمَا تُنذَّرُ مَا يُنذَّرُ
١٦ فَلَا يَرَى إِلَّا مَا يُنذَّرُ
١٧ إِنَّمَا تُنذَّرُ مَا يُنذَّرُ
١٨ فَلَا يَرَى إِلَّا مَا يُنذَّرُ
١٩ إِنَّمَا تُنذَّرُ مَا يُنذَّرُ

أَخْنَا^٢ أَخْنَا^١
&c. أَخْنَا^٣

& ita in reliquis mo-
re Pahel.

&c. ^ل_۲ سعیت | Sequitur suū Pahel. &c.

لَمْ يَرْجِعُ إِلَيْهِ مَنْ
لَمْ يُنْهَى إِلَيْهِ إِذْ
أَنْهَاكَ الْمُنْهَى فَلَمْ
يَرْجِعْ إِلَيْهِ مَنْ
لَمْ يُنْهَى إِلَيْهِ إِذْ
أَنْهَاكَ الْمُنْهَى فَلَمْ
يَرْجِعْ إِلَيْهِ مَنْ
لَمْ يُنْهَى إِلَيْهِ إِذْ
أَنْهَاكَ الْمُنْهَى فَلَمْ
يَرْجِعْ إِلَيْهِ مَنْ
لَمْ يُنْهَى إِلَيْهِ إِذْ
أَنْهَاكَ الْمُنْهَى فَلَمْ

OBSERVATIONES ad FUTVRVM.

1. *Formatur ab Imperatiuo præpositis ei litteris ΛΔ, hoc est, Nun, Tau, Olaph, quæ personas distinguunt; & ut pluriūm in Pehal E admittunt. Nun autem simul pro Hebræorum Iod usurpatur locum habente in Futuro: quo sit, ut tertia masculina singularis haud sit diuersa à prima plurali, ac non nisi ex orationis sensu eæ intelligantur. Sic & tertia feminina singularis sæpè non est diuersa, si scripturam species, à secunda eiusdem numeri Masculina: quamvis ea pro Grammaticis legibus in Tabulâ, litterâ Iud adpositâ ad finem Femininæ sit distincta. Exempla vide Matth. 16. & 24. in verbis :* *¶¶¶¶ Eradicabitur planta, & ¶¶¶¶ Dabitur. &c.*

2. *Ad tertiam autem Femininam Pluralem non Tau, ut apud Hebr. fit: sed Nun assumit. Ut ramen à tertia Masculina eiusdem numeri distinguitur absque Vau, cum O solet finire, Masculinâ illâ finiente per Vau & V. vocalem.*

3. *Omnibus personis punctum subdit exceptâ primâ singulari cui illud superimponit.*

4. *Eandem vocalium rationem sequitur, quam Imperatiuuus, si vna Radicalium sit Risch vel Gutturalis.*

turalis. Dicimus enim ~~υδωλ~~ Audiam, cum A ad Mim, non ~~υδωλ~~ cum V.

Quæ quia vel ex Hebraismo intellegas, ideo nunc reliquis exemplis heic libens supersedeo.

CAPUT VI.

De observationibus que Imperfectorum tantum sunt propriæ.

HVIVSMODI fuerunt Exemplorū omnium Modorum & Temporum obseruationes communes: Speciales deinceps ac Imperfectorum dumtaxat propriæ iuxta verborum Ordines sunt tales.

AD DEFECTIVA Pe Nun.

IN *Pehal* defectum patiuntur in *Infinito*, *Imperativo* & *Futuro*. In *Futuro* quidem propter litteras *ל*. His enim fit, ut absens Nun supra proximam positum litteram possit per *Kusoi* representari si ea eius sit capax. Idem iudicium de *Infinito*, cùm in eius initio sit Mim ascitum.

IN *Tahel* verò nusquam. Nec enim ad absentiam Nun ostendendum secunda Radicis potest aut *Kusoi* recipere, aut quasi haberet Dages vocē geminata

geminata proferri, quia à principio Seruiles ascitæ non coalescunt in unam syllabam, cum litteris Verbi.

Quare nihil à perfectis differunt in tota coniugatione, sicut etiam in Etpahel.

Est enim idem in utrisque intellectus.

At in Aphel ubique. quia nusquam non præponuntur Seruiles Radici quæ cum ea in syllabas coalescant. Et videntur Nun Syri in mediis dictiōnibus ut & Hebræi, quantum possunt. Quod si secunda verbi est earum una, quæ Kusoī admitunt, debet eo puncto imposito insigniri. Et aliqui sic perpetuò est legenda, quasi Hebraicum Dages habeant, quo videlicet absens Nun quodammodo repræsentetur.

AD DEFECTIVA Pe Iud.

